



IVtho magna corporis & animi uirtute pre<sup>d</sup>itus  
fuit. Itaq<sup>z</sup> Saxones eum sibi ducem constituerūt,  
Anno mūdi creationis bis millesimo septingente-  
simo uicesimo. Cum is uideret Danos cū Sueoni-  
bus magno bello implicitos esse, ipse suos adhorta-  
tus Daniām inuasit, & eius loci incolis magnū ter-  
rorem incussit. Hinc factum ut Dani cum Sueoni-  
bus et Gothis arma coniunixerint, atq<sup>z</sup> cōmunibus  
auxilijs Saxones repulerint. Erat is Iutho adeō suis  
subditis gratus, ut eum locum quem occuparāt, ab  
eo Iuthoniam uel Iuthiam appellarint, quæ postea  
Cymbrica Chersonesus, & Iuthlandia dicta fuit.  
Ioan. Mag. lib. 2. Goth. cap. 2.